



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Iohanni Potestati & populo Perusin.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

ros misericordiam attestante. Omnibus etiam hominibus te reddas affabilem, & si fieri potest, secundum Apostolum cum omnibus pacem habeas, ut pacificus vocari Dei filius merearis. Te cum eodem Apostolo semper ad anteriora, posteriorum oblitus, extendas manūsque tuas reddens in operibus innocentes, sic ea lucere facias coram hominibus ad subditos tuos exempla bonorum multiplicata transmittens, ut Deus magnificeatur in illis, & lucerna tua jugiter super candelabrum ardens, omnibus introeuntibus in domum Domini viam absque offendiculo præbeat expeditam. Ad quorum operum fortius fulcimentum non desint opera caritatis: sine qua, cùm ipsa ceteris virtutibus præminentior habeatur, nihil omnino creditur esse perfectum; immo nullam retinet operatio firmatatem, nisi caritatis fuerit radice subnixa. Inter cetera verò quæ tibi ex officio imminent facienda, tuum sit studium speciale, Rom. Ecclesiam matrem tuam in omnibus & per omnia revereri, atque mandata & institutiones ipsius, utpote inter omnes Ecclesias ex divina provisione primatum per beati Petri merita obtinentis, studeas irrefragabiliter observare. Datum Perusij, VI. Kal. Octobris.

10 HANNI POTESTATI
& populo Perusini.

Epist. 375.
In iuam protectionem Perusini
nos recipit, falso
vis eorum anti-
quis privilegiis.

A Postolica sedes, quæ disponente Domino cunctorum fidelium mater est & magistra, speciales filios ampliori consuevit gratia honorare; ut eos & ad devotionem suam ferventer accendat, & ad obsequium suum diligenter invitet. Nos ergo, qui miseratione divina huic sanctæ sedi, licet immeriti, præsidemus, devotionis & fidei puritatem, quam erga matrem & dominam vestram sacraficiam Rom. Ecclesiam geritis, attentes, vestris quoque precibus inclinati, quos inter alios fideles nostros speciali caritate diligimus, civitatem Perusinam, quæ ad jus & proprietatem ipsius pertinere dignoscitur, cum pertinentiis suis, & nunc habitis, & in antea legitimè acquirendis, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Eam verò nunquam alienabimus, sed semper ad manus nostras curabimus retinere. Consultatum autem cum jurisdictione sua vo-

bis auctoritate apostolica confirmamus: concedentes ut his qui sunt ipius jurisdictioni subjecti, liberum sit ad Potestatem vel Consulem, qui pro tempore fuerint, legitimè appellare. Consuetudines quoque vestras antiquas & novas rationabiles & communiter observatas duximus approbandas. Salva in omnibus apostolicæ sedis auctoritate pariter & justitia, & Ecclesiarum omnimoda libertate. Nulli ergo &c. protectionis, confirmatio-
nis, & concessionis &c. Datum Tuderti, VI. Nonas Octobris.

PRÆLATIS ET CLERICIS
Lombardie.

C Vm ab omni specie mala præcipiat Apostolus abstinere, nos, qui, licet indigni, constituti sumus à Deo super gentes & regna, ut juxta verbum propheticum evellamus & destruamus, ædificemus & plantemus, summopere debemus satagere, quatenus evellamus vitia, & plantemus virtutes, destruamus iniqua, & ædificemus honesta, sicutque nostra solitudine mediante prava transeant in directa, & aspera convertantur in plana. Licet autem hujus nostræ solitudinis labor generaliter debeat ad omnes extendi, quia sapientibus sumus & insipientibus debitores, specialiter tamen ad Clericos, qui dormire debent à vitiis, ut sint pennæ columbae deargentatae, ne quid in illis appareat quod offuscat candorem ecclesiastice puritatis. Sane ad audientiam apostolatus nostri multorum assertione pervenit quod cùm ex delegatione nostra causas suscipitis pertractandas, more secularium super decimalitis vel parte alia pro diversa terrarum consuetudine, præter expensas viualium, cum litigantibus receperitis pignoribus pro salario convenitis; quæ postmodum usque ad solutionem pecuniae, nolentibus etiam partibus, contenditis detinere; non attendentes quod ad hoc vobis & aliis Clericis sunt ecclesiastici redditus deputati, ut ex ipsis honeste vivere debeat, ne vos oporteat ad turpia lucra manus extendere, vel ad iniqua munera oculos inclinare. Cùm ergo opera vestra lucere debeant laicis in exemplum, nec vos deceat instar secularium ad turpe compendium juris occasionem arripere, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque præcipimus quatenus ab hujusmodi exactio-

Epist. 376.
Ne iusticiam
vendant, Jane cū
clientibus de
mercede pauci-
cancunt.
Cap. Cùm sā
omni. Deusa
et hon. Clericis.